

de just. & jur. tom. 2. disp. 31. sec. 2. §. 3. num. 36., intrat enim illud Adagium (ceci non ludunt, neque collusor ex iustitia, aut charitate tenetur partes sui Adversarii sustinere, sed solum eum non decipere, posita vero fraude negligentia collusoris non ei prodesset, ut in Casu quo Petrus scienter accusaret plura puncta, quam revera habeat, & collusor negligeret inspicere, & investigare veritatem, sed tamquam victus succumbat, & solvat, tamen Petrus non juvatur hac collusoris negligentia, sed tenetur restituere pecuniam receptam, & suam tradere, tamquam revera victus, si alter eum in punctis superabat, ut post allegatos tradit Diana p. 7. tract. 9. resol. 47., & resol. 53., quia nemo debet ex suo delicto commodum reportare.

6 Ludi in quibus exercetur Virtus hominis corpore, aut mente, liciti sunt, ludi vero quibus fors dominatur, omnino prohibentur, toto tit. ff. de Aleator, prohibitio autem facta fuit propter gravia mala, & incommoda, quæ ex ludo sequi solent, quæ enumerat Hostiens. in summa tit. de excessibus Prælat. sub num. 5., & sunt his carminibus explicata.

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt

De Negligentia Mariti, & Uxoris.

S U M M A R I A.

- 1 **S**i Maritus negligat corrigere Uxorem, multa sequuntur incommoda, & etiam quædam de domo expellatur.
- 2 Negligentia Mariti in pluribus non nocet Uxori, quando agitur de Uxoris interesse, nec ipsa interpellatur.
- 3 Negligentia Mariti in exigenda dote, non nocet Uxori, quin ipsa superstes lucretur quartam, juxta Statutum Urbis.
- 4 Neque negligentia Mariti præjudicaret Uxori, si non exegit dotem promissam ab extraneo, quin possit agere contra hæreditatem Mariti, pro dotis restitutione.
- 5 Maritus tenetur corripere Uxorem excommunicatam nollentem rescipiscere.
- 6 Maritus negligens obedire præcepto Ecclesie de eicienda concubina, excommunicandus est.
- 7 Maritus negligens corrigere efficaciter Uxorem declinantem ad vitia, ipse fit culpabilis de

Ecclesie spretus, usuraque, five rapina Scandala, vel nugæ, Blasphemia, seu faciendi Furti Doctrina, Violentia, Crimina falsi, Et mortis causa, deceptio, perditioque Temporis, & desiderium, corruptio iunges Istit prædictis Adulatio utraque turpis.

Explicat Paris de Puteo suo tract. de ludo in principio, quod potissimum movit Romanos ad prohibendos ludos, quia Adolescentes post jacturam pecuniarum, & bonorum in ludo passam, facti de diuitibus pauperes lugentes sine solatio, desperati evadebant sacrilegi, Falsarii, fures, raptores, inhonestè viuentes, aliqui veneno se occidebant, alii laqueo se suspendebant, alii proprio Chyrographo diabolo se vivi dederunt, blasphemias plurimas sacrilego ore Evomebant, ita ut in cap. inter dilectos de excessibus Prælat., lusor declaretur indignus consequendi Ecclesiastica beneficia, & secundum Hostiensem, lusores experientia magistra violant tria præcepta naturæ scilicet, honestè vivere, Alterum non ledere, Jus unicuique suum tribuere.

7 Unde optimum erit, ludos consistentes in sorte omnino negligere, & omittere, ut suadet Imperator Justinianus in l. Aleatorum l. 1. C. de Aleatoribus.

- 8 Uxor non est culpabiliter negligens, si non obediat marito illicita præcipienti.
- 9 Maritus non tenetur reducere Uxorem adultèram, quæ fugit è Domo Mariti.
- 10 Limita, si & ipse Maritus lapsus sit in fornicationem, vel adulterium.
- 11 Si propter negligentiam Mariti Uxor egrotans destituta necessaria curatione moriatur, maritus privatur lucro dotis.
- 12 Non erit tamen negligens, si nequeat Medicus advocare, vel alius provideret.
- 13 Maritus tenetur alere Uxorem vel dotatam, vel sine dote acceptatam.
- 14 Uxor negligens curare Maritum egrotum privatur legato, si negligentia illa fuit causa mortis Mariti.
- 15 Maritum exulem tenetur Uxor alere pro suo posse, non obstante quacumque prohibitione, & ita

- & ita cohabitare cum marito excommunicato.
- 16 Limitatur, si excommunicatio esset lata in causa Matrimonii de cuius nullitate sententiatum sit, secundo non potest communicare in crimine criminoso, tertio limitant aliqui in divinis, quarto si factum sit divortium, quinto si maritus esset excommunicatus ob hæresim.
 - 17 In vim Auth. Res quæ C. communia de leg., an possint alienari bona fideicommissio subiecta,

non solum pro dote solvenda, sed etiam pro interesse decurso, & non soluto, hinc inde opiniones.

18 Casus de tribus Uxoribus, quæ successivè propter negligentiam ejusdem Mariti, se suspenderunt in arbore in borto suo posita, nec Maritus eam obruncavit, immò amico petenti surculos dedit, ut multiplicaretur arbor.

ARTICULUS XXV.

De Negligentia Mariti, & Uxoris.

Vot, & quanta mala operetur in Uxoribus, & familiis Maritorum negligentia, praxis docet, dum honor dilabatur, deparduntur bona, pax eliminatur, familiae splendor obscuratur, ac per sepe corporis, & animæ salus naufragium passa in proprio Uxoribus, aut Mariti sanguine mergitur, & perbellè D. Bernardus, in Sermone de septem donis Sancti Spiritus, contra septem vitia, hæc scribit (triplex enim) ut ait sapiens (incommodum eycit de Domo inhabitantem, Fumus, Stilicidium, & mala Uxor, quando verò hæc deerunt negligenti, propria quidem, qui negligit, fumum non abigit, Uxorem non corrigit, tectum non rescit) tanti ergo ponderis est negligere Uxoribus correctionem, ut Domum solvat, Maritum ipse eiciat.

- 2 Multoties tamen Mariti negligentia, Uxori non nocet, si enim Maritus interpellaretur ad actum, ad quem etiam Uxoris interesse spectaret, nec ipsa interpellaretur, tunc Mariti negligentia Uxoribus interesse non posset præjudicium inferre, Bartol. in l. servus §. sed & servus nu. 2. Vers. secundo babes ff. quod vi, aut clam, & notavit Rota coram Eminētissimo Domino meo Card. Cerro decis. 311. n. 4.
- 3 Sicuti, & negligentia Mariti in exigenda dote, sibi à Patre Sponsæ promissa, neque ipsi Uxori præjudicat, quin ipsa Uxor superstes lucretur quartum dotale, seu augmentum dotis, juxta dispositionem Statuti Urbis, Rota coram eodem D. meo Card. Cerro decis. 67. num. 4., & seqq., Carena resol. for. 155. num. 8., addent ad Afflic. dec. 333.
- 4 Neque præjudicaret Uxori negligentia Mariti in exigenda dote ab extraneo promissa,

quominus Uxor possit agere ad restitutionem dotis promissæ contra bona hæreditaria Mariti, l. si extraneus ff. de jure dotium, Rota coram eod. Eminētissimo Cerro decis. 67. num. 4. decis. 86. num. 6., & decis. 664. num. 5. 6., & 9., Coccin. decis. 2125. num. 8.

- 5 Si contingeret, quod Uxor excommunicationem incurrisset, & contumax, atque obstinata nolet ad penitentiam converti, Maritus autem, qui Uxoribus caput est, negligeret ipsam corripere, & ad bonam frugem retrahere, mortali culpa reus esset, ad tradita per Megalam de Censur. lib. 2. cap. 5. num. 29.
- 6 Maritus Concubinam habens, & ter monitus ab Ordinario, concubinam omnino non eiecerit, & ab ejus consuetudine non se abstinerit, sicque negligens obedire mandatis Episcopi excommunicandus est, ex decreto, Sacri Concilii Trid. sess. 14. c. 8. de reform. matrimonii, quod si neglectis censuris per annum adhuc in Concubinato persistit, aliis penis pro qualitate criminis ab Ordinario, severè puniendus, Concubina pariter admonita si neglexerit se à Concubinato separari, graviter pro qualitate culpæ punienda erit, etiam extra Civitatem reicienda Ordinarium arbitrio.
- 7 Si Uxor ad vitia declinat, aut negligat curam Domus, filiorum, rerumque familiarum, tenetur Maritus eam monere, immò, & efficacius arguere, & tandem etiam moderatè, & discretè eam verberare, l. rei judicatae ff. solut. matrim., alias omittens, & negligens hanc Uxoribus curam illius delicti particeps erit, ipseque culpabitur, cum sit rector domus, mulieris caput, ut docent D.D. in

D.D. in cap. quemadmodum de jur. jur., Sylvest. Verf. Uxor num. 3.

- 8 Cavendum tamen est Marito, nec illicita præcipiat, aut Uxorem contendat trahere ad peccatum, vel ne prodigiè, & vitiosè res suas, ac bona Uxoris consumere gestiat, quia in iis, poterit Uxor Mariti iusta negligere, negligentia enim non est culpabilis, ubi omittitur id, quod non tenetur, immò melius, & prudentius omittitur, quod sine culpa fieri non potest, quàm si præstetur, immò eo casu, quo Maritus malè cuncta dissiparet, poterit licitè, abscondere aliqua bona, ut ex eis sibi, & Familiæ consulere possit, ad traddita per Sylvestrum Verf. Uxor num. 6., & in Verf. furtum num. 10.
- 9 Si Uxor se absentaverit à Marito, an Maritus teneatur eam perquirere, repetere, & reducere ad domum suam, alias negligens sit in culpa, & certum est, quod si aufugit eo quia ipsa adulterium commiserat, vel alias in culpa decidit, propter quàm vereatur, vel timeat iustè corripi à Marito, ex iustitia Maritus non tenetur eam reducere, ac proinde non erit culpabiliter negligens, si eam non curet, tùm quia Christus D. Matb. 19. declaravit licere dimittere Uxorem, ex causa fornicationis, tanto magis licebit ex ea causa fugentem non perquirere, non reducere, tùm quia ipsa se absentando censetur renuntiasse juri suo, ad traddita per Sanchez de matrim. lib. 10. d. 12. num. 16. verf. rursus inferitur, ubi post Sylvest., quod saltem teneatur ex charitate, si speret Uxorem ad frugem bonam, & laudabilem Vitam esse restituendam.
- 10 Limita tamen nisi, & Maritus fuisset in fornicationem, vel Adulterium lapsus, quia tunc ad hunc effectum, paria delicta mutua compensatione tolluntur, c. significasti de divortis, l. viro, atque Uxore ff. solut. Matrim., Sanchez de Matrim. lib. 10. d. 8. num. 29., ubi num. 30., quod etiam hoc militat in foro conscientie; Si autem Uxor propter viri sevitiam coacta fuerit se absentare, tunc Maritus tenetur eam perquirere, & prævia sufficienti cautione ad Domum reducere, juxta tex. in cap. ex transmissa de restit. spoliatorum, undè in hoc casu contemnendo, & omittendo, quantum in se est revocare Uxorem, peccato negligentie culpatur; Dixi quantum in se est, quia si mulier adeò timeat de sua salute, ut nulla cautione possit tutari, jux-

ta c. litteras de restit. spoliatorum, tunc omissa Uxoris revocatione non est negligens.

- 11 Si Maritus derelinquat, & negligat Uxorem in infirmitate laborantem, non adhibeat Medicum, non subministret Medicinas, aliaque necessaria pro illius sanitate procuranda, & Uxor moriatur, tunc presumitur, quod obierit propter Mariti negligentiam, in cuius penam privatur lucro dotis, atque omni alio commodo, quod de Jure alias ei obvenisset, non aliter, ac si eam occidisset ad latè allegata per Farinac. praxi q. 120. num. 74., & seqq. ubi num. 70., quod si Uxor instituisset Maritum hæredem, ex tali negligentia se indignum reddit hæreditatis, ubi num. 76., quod Maritus non evitaret negligentie culpam, si Medicum imperitum adhiberet, quia paria sunt Medicum non adhibere, ac imperitum adhibere.
- 12 Quod erit limitandum si non sit Medicus in loco, ubi Uxor jacet infirma, & mittendum esset ad loca distantia, secus si vicina, & de facili Medicus reperitur, Costa de remed. subsid. 47. num. 9., loco supra Farinac. nu. 81. 82. 83., ubi num. 92., limitat in infirmitate incurabili Uxor, quia tunc Medico non adhibito Maritus non amittit dotis lucrum, quod etiam num. 94., limitat si alius providerit de Medico, & Medicinis, quia tunc non est opus, ut Maritus provideat de iis, quæ Uxor habet aliundè, & tandem limitat Paul. de Castro in l. si ab hostibus §. 1. ff. sol. matrim., si Uxor, etiam adhibita omni diligentia, erat peritura, quia tunc negligentia Mariti, non fuit causa mortis Uxor.
- 13 Ratio potissima est, quia Maritus tenetur præstare alimenta Uxori decentia, & necessaria, ad latè traddita per Surdum de alimentis tit. 1. q. 32. per totum, Sperell. decis. 138. à num. 22., & seqq., & hoc non solum si dotem recepit, sed etiam si sponte receperit Uxorem indotatam, l. quod si nulla ff. de religio., & sumpt. funer., Surd. supra num. 11., etiam si divertat à Marito, sed sine sua culpa, si tamen dos apud Maritum persistat, Surd. loco citato nu. 33., Farinac. dicta quest. 120. num. 79., & deisd., Sanchez de Matr. lib. 4. d. 26. num. 21., lib. 9. d. 4. num. 19., & seqq., ubi, & casus quando ex culpa Mariti, vel Uxor, vel utriusque simul, quando cum dote, vel sine dote &c., quem consule, non enim debet ex alienis laboribus

cartas

- cartas implere, medicinæ, enim veniunt nomine alimentorum, Surd. de aliment. tit. 4. q. 5. per totum, ubi num. 4., de Medicina præstanda Uxori per Maritum, ubi num. 9., Uxori ægotanti Medicum qui non adhibet, dicitur mortis causam dedisse; Limita si Uxor promisit dotem, & non dedit, quia tunc Maritus non tenetur eam alere, Sperell. d. decis. 138., Genuens praxi fori Archiepisc. Neapoli c. 21. num. 2.
- 14 De Uxore negligente curare Maritum infirmum quæstio est, an & ipsa privetur legato sibi factò à Marito, & aliqui existimant absolutè respondendum privari, per tex. in l. indignum ff. de iis, quibus ut indigni, ubi indignus habetur, quod is succedat ei, quem curare neglexit, & quia paria sunt occidere, & ægotantis curam non habere, & sic intrat dispositio tex. l. 3. §. fin. ff. de adimpl. legatis, cum aliis adductis per Natam consil. 462. num. 1., ubi ex professo hunc articulum examinat, ubi num. 4., respondit textus allegatos intelligendos esse de culpa lata, non autem levissima, immò tex. in l. Indignum, loquitur de successuro in hæreditate non verò in legato, & hæc dispositio cum sit odiosa non venit extendenda, quare solutio erit, quod Uxor non ex qualibet negligentia sit legato privanda, sed negligentia gravi, & culpabili, quæ sit causa mortis Mariti, secus si negligentia Uxor non fuit causa mortis Mariti, vel quia non in substantialibus, sed continentis, vel Maritus adhuc data omni diligentia fuisset moriturus propter qualitatem, & gravitatem morbi ad allegata etiam per Farinac. supra num. 101. 102.
- 15 Maritum exulem tenetur Uxor pro suo posse alere, c. 1. §. si verò Auth. de Incestis nuptis, Surd. de Alim. tit. 1. q. 3. num. 4., unde Negligens alimenta mittere ad Maritum culpabilis est, nam adhuc Vinculum Matrimonii durat, & debitum alimentorum non cadit propter capitis diminutionem, tex. in l. eas l. legatum ff. de capitis dimin., quod & in filio alias diximus habere locum, hinc, & Surd. supra cit. num. 8., interpretatur Statutum prohibens bannitos alere, intelligi debere quoad eos, qui naturali ratione non tenentur sicuti, & propter Vinculum Matrimonii Uxor tenetur communicare, & cohabitare cum Marito excommunicato, non obstante qualibet canonica prohibitio-

ne, quæ nec de Uxore, nec de filiis intelligitur naturali ratione sic suadente, ut declaravit Gregor. VII., relatus in c. quoniam multos xi. q. 3., Innoc. 3. in c. inter alia de sent. excom., ubi Barbosa num. 3., Sanchez de Matr. lib. 9. d. 14., quod non solum habet locum si Maritus incidit in excommunicationem post contractum Matrimonium, sed etiam si antea erat excommunicatus, & mulier sciret esse excommunicatum, nã peccavit quidem contrahendo cum excommunicato, sed quia adhuc matrimonium validum est, naturalis ratio suadet, ut comunicet, & cohabitet, ac reddat debitum, ad allegata per Asterium de censuris lib. 1. disp. 15. c. 2., quæ habent locum etiam si Maritus sit excommunicatus Vitandus, & valent etiam in casu quo Uxor esset excommunicata, Vir enim tenetur eam alere cum ea cohabitare, nam eadem prorsus ratio utrobique militat, ad tradita per Bonacimam de excommunicatione disp. 2. q. 2. puncto 6. 52. num. 17., & seqq., usque ad num. 24., eo quia Maritus, & Uxor sunt correlativa, dispositum autem in uno ex correlativis habet locum, & in altero, maximè quando eadem sit ratio, ad tradita per Barbofam tract. de axiom. Juris axioma 61. num. 1.

16 Hæc regula suas patitur fallentias, & limitationes; primò, enim limitatur in casu quo excommunicatio esset lata in causa Matrimonii, dum penderet de ejus valore, tunc quia excommunicatio est lata ad effectum impediendi cohabitationem, poterit, immò debet tunc Uxor abstinere à communicatione, cum Marito excommunicato, nec incidit in negligentie culpam, Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 14. num. 9., Grassius decis. aur. p. 1. lib. 4. c. 13. num. 7.; Secundò limitatur in crimine criminoso, in quo non potest cum Marito excommunicato communicare, quia esset fovere peccatum, & communicando incurreret majorem excommunicationem, Sanchez supra nu. 10., Ricciol. de Jure personarum extra Ecclesie gremium lib. 4. c. 48. num. 33.; Tertio, limitatur in divinis, talis enim communicatio nulli permittitur, neque filiis, contrarium tamen, scilicet in divinis posse Uxorem communicare cum Viro excommunicato, approbat Sanchez dicta disp. 14. num. 5., ubi pro utraque sententia refert Auctores, aliosque allegat Barbofa in c. Inter alia sub num. 5. Verf.

tertius